



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Manuale Parochorum, Sive Institutiones & Praxes Tum Vitæ, tum Officii Pastoralis**

**Musart, Charles**

**Monachii, 1654**


Reuerendissimo Prænobili ac Magnifico Domino D. Ioanni Fiernhamer SS.  
Theologiæ Doctori, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41616**

*Reuerendissimo Pranobili ac  
Magnifico Domino*

D. IOANNI FIERNHAMER

SS. Theologiæ Doctori, Episco-  
po Dariensi, Suffraganeo Frisin-  
genfi, Reuerendissimo ac Sere-  
nissimo Episcopo Dioceseos e-  
iusdem à consiliis, Collegiatæ Ecclesiæ  
ad S. Andreae Decano &c. Do-  
mino suo gratioso,

 Vm non ita pridem  
MANVALE PARO-  
CHORVM in Au-  
striâ excusum in lu-  
cem prodiret, quod rerum pe-  
ritis visum est plurimum utili-  
tatis nostrati quoque Clero, &  
iis, qui à Clero reguntur, alla-  
turum; credidi, magnum ope-  
ræ susceptæ pretium me factu-  
(a2) rum,

*Epistola*

rum, si tam salubre Ecclesiasticæ  
peritiæ compendium denuo  
euulgarem. Vt autem operi  
maior autoritas accederet;  
duo præstanda mihi duxi.

Primum quidem fuit, ut  
partum suo parenti vindica-  
rem, noménque authoris, huc-  
usque ignorati, detegerem Et  
quamuis vtilissimi libelli auctor  
non modò nomen, sed opus  
ipsum voluerit esse suppres-  
sum, & quâ erat modestiâ, ty-  
pis vtrumque committere su-  
perfluum duxerit: iudicio ta-  
men amicorum, & comuni le-  
gentium fructu ita fuit appro-  
batus; ut ignorantibus priùs, dein  
mortuo ereptus hic partus lu-  
cem viderit, auctoris nomine  
tum

*Dedicatoria.*

tum quidem, nescio quam ob  
causam, dissimulato. Nunc ve-  
rò vbi certis documentis mihi  
compertum esset, hanc operam  
R. P. Caroli Musart è Societate  
I E S V esse, viri virtute & do-  
ctrinâ præstantis, qui diu Con-  
scientiæ casus, & causas publicè  
in Viennensi Lyceo tractavit;  
& à pluribus intelligerem, no-  
men auctoris desiderari; ab  
eius auctoritate censui libel-  
lo pondus accessurum.

Alterum est, vt vino ex se  
quidem satis vendibili hede-  
ram, hoc est, R. mæ D. is V. æ no-  
men in fronte præfigerem: ad  
cuius celebritatem aspectumq;  
non tam emptores ad me,  
quàm lectores ad librum con-

(a 3)

uola-

*Epistola dedicatoria.*

uolabunt; si viderint, aut hoc  
tam illustri signo, ad quod pri-  
dem virtus & bonæ artes, vt ad  
natum domicilium diuerte-  
runt, libellum in aditu exor-  
natum. Quare omnino con-  
fido, R.<sup>ma</sup> D. V. passuram, sub  
clarissimi nominis sui auspiciis  
hunc fatum iteratò in lucem  
prodire: quâ vt R.<sup>ma</sup> D.<sup>tio</sup> V.<sup>a</sup>  
diutissimè fruatur, atque in ho-  
noratissimâ senectute, velut he-  
dera in brumali frigore, vireat  
vigeatque, à Dei bonitate,  
quantâ possum contentione,  
precor ac opto. Monachii ipsi  
Kal. Maii. M. DC. LIV.

R. diff. D. V.

*Obsequiis addictissimus*

Ioannes Wagner

Bibliopola.